



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Cursores.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

dum id circumfertur. Omnia pendent à bonâ intentione, & ab abrogatione omnis abusûs. Epternaci in solo Ducatûs Luxemburgensis celebres sunt *die stringende Hayligen*. Quod in prænam certus districtus hominum facere debet ob virum sanctum à Majoribus illudum. Moyſes de monte descendens, audiensque Israelitas circa vitulum aureum saltantes præ indignatione projecit & diffregit tabulas lapideas, ubi Decalogus digito Dei inscriptus erat. In lascivis saltibus diebus festivis sæpè infringuntur mandata Dei.

*Cursores.*

**D**ormitabis manus conseres, ut quiescas, & veniet tibi quasi cursor egestas & mendicitas quasi vir armatus. Prov. 24. Dies mei velociores fuerunt cursore, fugerunt, & non viderunt bonum. Job. 9. Hoc de omnibus diebus & actionibus tuis potes dicere, in quibus non quaesivisti finem tuum ultimum. Considera, an non te feriat illud Senecæ: quod magna pars temporis elabatur male, maxima nihil, scilicet in ordine ad coronas æternas, tota aliud agenti quam finis tuus ultimus exposcat. Guilielmus quidam Duci Burgundiaæ toto vitæ tempore fuerat à servitiis, nec unquam de fine suo ultimo cogitarat. Mortem vicinam persentiens hoc iussit lapidi sepulchrali suo insculpi Epitaphium: *In hoc tumulo situs est Guilielmus, qui vitam suam consumpsit in Aula, & ex mundo abiit ignarus, in quem finem intravit.*



fer. Et hinc est, quòd urgeam, ut diligenter te exerceas in frequentibus per diem ad Deum suspiriis & mentis in eum ex quacunque re occurrente elevatione.

*Milites.*

*M*ilitia est vita hominis super terram, & sicut dies Mercenarii dies ejus. Job. 7. Ergo indies pugna pro cælo, mercare cælum. Labora sicut bonus miles Christi JESU. 2. Tim. 2. Nunquid est numerus militum ejus? Job. 25. in Ecclesia militante, triumphante. S. Archangelus Michael fuit primus Belli-Dux in prælio commisso in cælo. Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto: donec veniat immutatio mea. Job. 14. Interrogabant autem eum ( Joannem Baptistam ) & milites dicentes: quid faciemus & nos? & ait illis, neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendiis vestris. Luc. 3. A stipendiis vocantur milites germanicè Soldaten, à rapiendo Krieger. Exod. 16. Manna cecidit extra castra. Per Manna, ait Rupertus Abbas, divina intelliguntur gratia, qua plerumque extra castra infunduntur. Cùm in castris nil audire sit, nisi maledicta, imprecationes, obscænos sermones, variasque libidines. Rusticus quidam dicere solebat, nobis benè erit, si Deus vota militum exaudiat, quæ plerumque sunt: Diabolus me auferat. Cùm in galea militis aliquando ni-